MARIANI SANCTI
BAROLITANI ARTIVM
ET MEDICINAE DOCTORIS

Ex Hippocratis ſententia bilem & pituitam
cauſas eſſe omnium morborum
Inſinuatio.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

EXCELLENTI DOMINO IO. BAPTISTAE CANANO PHILOSOPHO

& Medico Cõſummatiſſimo apud S. Iulium Tertium Pontificem Maximum Militiꝗ Sancti Pauli patrono candidiſſimo litteratorumꝗ Mæcenati Marianus Sanctus Barolitanus.

S. P. D.

CVM veſtra erga omnes benigniſſima fa
miliaritas excellens domine, quæ homi-
nes ad ſe allicere ſolet prudentia, ſapien-
tia & affabilitate me ſedulo admonuiſſet
ut nullo modo Iudicem alterũ eligerem,
qui poſſet meam opinionẽ veridice atꝗ
philoſophice determinare ſuper diſcuſſio
ne quadam, Quę inter me & nou nullos
medicos orta eſt, interueniente doctiſſimo Coſmo de Iaco-
mellis medico & aſtrologo peritiſſimo, omniũꝗ noſtrorum
amiciſſimo. Cum eſſemus in domo Reuerendi Domini Iaco
bi de Iacomellis Epiſcopi Bellicaſtrenſis philoſophi, & Theo
logi conſummatiſſimi dixiſſemꝗ́ ego, omnes morbos & ægri
tudines a bile, & pituita tantum originem trahere, ab aliis
autem humoribus nullum fieri morbum niſi a bile, & pituita,
ad id faciendum excitarentur. Ipſi autem inſtare ceperunt,
loca multa galeni inducentes ad rei apicem minime facien-
tia, Res quidem Philoſopho digna Ob idꝗ veſtram excel-
lẽtiam Iudicem elegi, Cum nemo ſit hac in noſtra tempe-
ſtate, qui tecum certare poſſit omnium genere litterarum, &
uirtutũ. Ex quibus nomen tuum adeo propagatum eſt, quod
ſemper in ore omnium proborum. ac nobilium uirorum quo
tidie uerſetur. Qua propter Sanctiſſimus Iulius Tertius Pon-
tifex Maximus te unum ex tot meritiſſimũ medicum & Ca-
merarium ſecretum ſibi elegit, tamquam tuarum virtutum op
timus examinator exiſteret. Qua propter eam deſcripſi, de-

criptamq; ad veſtram Excellentiam tranſmittendam fore exiſtimaui, vt ſub iudice tanto exiſtimaretur quę ſi a veſtro iudicio approbaretur eſcudi eam ad veſtri nominis laudem curabo. Icc irco non me ob id (quia parua dono) arrogantem, aut temerarium exiſtimet, ſed humilem, & obedientem veſtrę excelentię ob multa erga me beneficia obnoxium eſſe omnibus innoteſcere volo, cui me quoq; condono, quam Deus fœlici ſidere augeat, & tueatur Mariani ſancti veſtri non obliuiſcens, vale dulce preſidium & decus meum. Datum Romę decimo ſesto Klendas Octobris. 1 5 5 4.

VALERIVS AD LECTORES.

En candidi lectores Domini Mariani ſancti Barolitani quæſtio illa quam habui de bile & pituita morbos facientibus inſcriptam ſub patrocinio magni Medici Iulii. III. Ponti. Max. Ioannis Baptiſtę Canani eamq; imprimere non dubitaui qua propter eam tranſmitto vobis gratificari cupiens legendam æquo animo. Reliquum eſt Valerium Doricum amate Bene Valete.

LONGA fuit mea ſemper excogitatio, ſi quam,tanti fecerat Hippocrates, propoſitionem deuulgare voluiſſem maximeq; ſi ea, quæ longe ab hominum opinione deuiare viderētur, quæ longo vſu credulitatis coluiſſent, perſuaſione quadam debilitare conarer, quæ aliquando philoſophantium intellectus dubia concutiant imaginatione, ne mihi temeritati magis, q̄ ſedulæ diligentiæ aſcriberetur, Quum impoſſibile omnibus eſſe videatur ,compoſitum non poſſe corrumpi ab eiſdem,quibus conſtaret Coſtat enim humanum genus ex quatuor eſſe compoſitum humoribus,qui in ſuis qualitatibus exiſtentes per ſe cauſas ægritudinum morboſarum excitare poſſunt. Patet autem ex omnium philoſophantium medicorum conſuetudine , qui ſolerti indagine colluctantur ex quatuor humoribus cauſas omnium morborum querere,& indagare, vt cognitis cauſis, ſperent morbos,qui ab illis dependerent omni cum ſapientia, atq; prudentia poſſe aut inhibere,aut propellere,aut euellere,aut attenuare,aut delere,qui in humano corpore intrinſece fierent . Quando quidem extrinſeci morbi a cauſis primitiuis facti oculis cernantur, & eorum cauſæ manifeſtæ fiunt Modo autem a non nullorum importunitate excitatus in medium afferam meam de eo cogitationem. Namq; de intrinſecis morborum cauſis noſtra erit ad preſens ſpeculatio. Philoſophantes enim omnes aſſerunt humani Corporis quatuor eſſe humores qui ex ſe morbos facere poſſint ſcilicet Sanguis Pituita,Flauabilis, & Atrabilis,qui indifferenter per ſe morbos excitent; & foueant. Quorum opinionem mihi videtur, longe a veritate alienam eſſe,niſi corrigatur, & declaretur ad utilitatem adiſcentium,qui reales,& non ſophiſticas rationes in diſcendo deſiderant, vtq; nos modo faciemus. Quum non per ſe tantum omnes humoes poſſint morbos cauſare, quamuis alterationes, & non morbos cauſare valeant . quæ homines a ſuis ſolitis operationibus non impediant,maximeq; manentes in ſua compoſitione, & complexione . Verum nos

dicimus a bile, & pituita primo, & imediate ꝑ ſe morbos omnes fieri, & cauſari, ab aliis autē per accidens; accipiendo Hippocratis propoſitionē dicētis in libro primo de morbis. Morbi quidem igitur vniuerſi fiunt ex his quidē, que in corpore inſunt tum a bile, tū a pituita. Quā ſententiā ueram eſſe non dicerē, ni eam iteraſſet declarādo dicēs in libro de affectionibus. ¶Morbi omnes hominibus a bile, & pituita fiunt. Bilis autē, & pituita morbos exhibent. Cōſiderantes nos omniū quatuor humorū qualitates tā actiuas, q̄ paſſiuas, inuenimus tantū bilē & ptuitā excitare, & irritare alios duos, ut morbos, & ægritudines faciant quādo per ſe ſatis ocioſi eſſent, qualitates paſſiuas retinētes. Et ideo nos ſolliciti eſſe deberemus, ſi in ſanitate conſiſtere velimus, vt omni qua poſſimus, diligentia, & ſolertia eos coherceamus, ne poſſint in humano corpore tantū vagari, vt non ſolū ipſi non noceant, ſed ne alios quidem ad nocendum ſtimulent, & vexent.

Soliti ſunt illi, Quorū induſtria, & diligentia ſemper fuit, eſſentiam rerum inueſtigare, elementorū qualitates perpēdere quarum dixerunt aliquas actiuas, aliaſq; paſſiuas eſſe, in numero quarū protulerunt caliditatē, & frigiditatem actiuas, ſiccitatem & humiditatem paſſiuas eſſe. Et quamuis ignis calidus & ſiccus ſit, tamen per caliditatem principalem fecerunt ignē. Aquam vero, quæ frigida & humida eſt, per frigiditatem excellere dixerunt. Aerem autem qui callidus & humidus eſt, ꝑ humiditatem prædominari narrauerunt. Terram, quæ frigida & ſicca eſt, per ſiccitatem manifeſtauerunt. Eandemq; intelligentiam aſtrologi habentes planetarum qualitates conſtituere non diſſimiles ab elemētis eſſe, a quibus etiam accipientes ingenioſi, ac prudentiſſimi medici, cū humanum corpus ex eiſdem compoſitū, atq; gubernatū ſit, dixerunt Coleram igni, Flegma aquæ, Sanguinem Aeri, melancoliam terre ſimilitudine quadam illis aſſimilari. Quū ergo ita ſit, incipiamus qualitates humorum examinare, vt cognoſcatur, quid dicturi ſumus. & primo ſanguinis cōſideremus qualitates vt ordine ꝓcedamus, quæ nullo modo morbos excitabunt. maximeq; cum ſanguis non ſit calidus vt Hippocrati placet, ſed humidus, verum ipſe ſpiritu caleſcit per quem calidus eſſe dicitur ob ipſi-

us continuā actionē & ne ob hoc videamur cōtrouerſiam ſubterfugere, dicamus, ſicut & alii, ſanguinē eſſe calidū, & humidū qui etiā per iſtas qualitates morbū non facit. Permittamus eum quoquo modo velitis augeſcere in caliditate ſpirituali, & humiditate nutritiua, ſeruata earum paritate, nunq̄ morbos faciet, ſi ſimplex fuerit, ab ęqualibus enim nō prouenit actio. Caliditas nempe ipſius ſpiritualis ad viuificandum & humiditas ſua naturalis ad nutriendum combinatæ ſimul fuere, & non ad morbos excitandos. Si enim caliditas ipſius ſpiritualis ſanguinem corrumperet, nuſq̄ mehercle ſanitas reperiretur, qum quotidie augeatur, & minuatur & quia nullum infert nocumentum ſanitati, dum creſcat, & decreſcat, ideo ſanguinem non corrumpit, vt morbum poſſit facere, cui ſi caliditas humoris colerici vniretur, corrumperet ſpiritum, & proportione non ſeruata, febres cauſaret tam diu duraturas quam diu alteritas ipſa ſpiritum alteraret. Vnde ergo ſanguis alteretur? Cum caliditas ſpiritualis eum calefactum ad nutriendum habilitet? Secus enim eſſet, ſi colera in ſecunda digeſtione congenita cum ſanguine, caliditatem eidem preſtaret, fureret, multas intrinſecas, & extrinſecas affetiones, & morbos propalaret non ſeruata qualitatum paritate.

Non aliter imaginamur, ſi pituita in ſecūda digeſtione per diminutā decotionē genita ſanguinē frigiditate alteraret, multas egritudines, & morbos foueret. Sequitur ergo ſanguinem morboſam ęgritudinē per ſe nō facere, niſi a colera, aut pituita alteraretē. Nec etiā a cibis, & potibus alteraretur. cū per longas trāſmutationes a chimis, & chilis ſanguis fiat, qui poſſit in quali, & in quantū facere alterationes, quę morbi nō dicunē. Si enim peccaret in quali, nō peccat, ꝙ ſanguis ipſe corrūpatur a ſua qualitate, ſed quia in tantū ſupercreſceret, & caliditate ſpirituali plus ſolito commotus alterationē faceret in quali, & per conſequens ſanguis dicitur peccare in quali, quia qualitas eius alterata qualitatem extraneam inducit, ægritudinem non faciens, ſed alterationem.

Si vero in quantū diceretur peccare, nō eſt ꝙ ſanguis peccet, ſed quia ſanguis auctus manens in ſua qualificata temperatura nutrimentum augeat ſuperfluum, & tunc peccat in quantū.

Si vero permanens in ſua qualificata tẽperatura auctus fuerit in tantum, vt venæ repletæ diſtrahantur, & rumpantur fiet ſanguinis effuſio, quæ non dicitur morbus, vt fluxus ſanguinis narium. Si vero auctus non permanet in ſua temperatura aut quia denſior per caliditatem, aut liquidior propter aquoſitatem dicitur corruptus vel a bile, vel a pituita, ſicq́ ſanguis morbos faceret. Tunc enim ſanguis dicitur morbos facere, Quum a colera, vel pituita fuerit calefactus. Declarat autem hoc Hippocrates in libro ſecũdo de morbis loquẽs de capitis dolore dicit. Hic caput quidem dolet, pre nimia eius caliditate, Deſipit autẽ quum ſanguis in capite a bile, aut pituita fuerit calefactus, & plus ſolito commotus, qui ſi a bile, aut pituita non diſtemperaretur dolorem non cauſaret. Sequitur ergo ſanguis per ſe morbos non facere.

¶ Quid ergo dicam de atrabile? cum frigida & ſicca ſit, fomentis omnibus corruptionis, & putrefationis carens. Quũ corruptio, & putrefatio maxime conſiſtet in vno quoq́ humido. Quonam ergo modo affectiones, & morbos per ſe facere poſſit? niſi bilem ad ſe trahat, quæ caliditatem actiuam eidem preſtaret innatam melancoliæ frigiditatem corrũpentem. Si vero pituita cum eadem vniretur, humiditate ſua corrumperet propriam melancoliæ ſiccitatem contrarias qualitates acquirentis, ſicq́ diſtemperaretur & morbos plurimos cauſaret, quos per ſe ſimplex nullo modo faceret.

¶ Sanguis enim a colera ſiccitatem ſuæ humiditati contrariam ſuſciperet, a caliditate vero caleſceret (quoniam ſanguis non eſt natura calidus ſed caleſcit, multis autem uidetur natura calidus, vt inquit Hippocrates in libello de corde) ſicq́ corrũperetur, & in alios putreſcibiles humores verteretur. a flegmatis autem frigiditate ſanguis congelaretur ſpiritualem caliditatem optundente. Quum ergo humiditas ipſius non reguletur a uiuifica caliditate, fit cauſa maxime putrefationis. Atrabilis autẽ ſi amicaretẽ colerę flauæ, caliditate colerica frigiditatẽ propriam amitteret, & caliditatẽ ſuſcipiens corrumperetur, & a propriis qualitatibus decidens multas, ac diuerſas ægritudines in corpore humano excitaret Si vero pituitæ

vniretur,ſua ſiccitas ab humiditate flegmatis diſproportiona-
ta multas cutaneas infectiones;nõ dico leprã, & morbũ gal-
licũ & tuberationes cãceroſas tantũ,ſed etiã depilationes gla
bras faceret,& cauſaret ut facit,& cauſat. Quod quidẽ nõ fa-
ceret ſimplex. Viſa igitur ſanguinis,& atrębilis inhabilita
te ad excitandos per ſe humores,vt ægritudinẽ faciant, Ac-
cedamus ergo,vt de bile & pituita ſermocinemur.Quę per ſe
inducere poſſint morbos nulli aliorũ humorũ admixtę.Conſi-
derando eorũ qualitates actiuas, vt diſtinte loquamur,dici-
mus colerã habere duas qualitates, Quarũ vna dicit̃ calidi-
tas, Altera ſiccitas quę p ſe cauſę ſunt omniũ aduſtionũ,cũ gra
dũ alterationis ſuſciperẽt ſuę cõpoſitionis. Nãq; iſtæ qualita-
tes in eſſe ſuo tẽperatę ſũt,& in procliue poſitę,vt facile extra
uagari poſſunt a ſua qualificata exiſtẽtia.Quæ cũ alterant̃,ve
lut ignis,furere vident̃. Quæ ſi in humidũ agerent,febres in-
cenſiuas accẽderent.Si vero in ſiccitatẽ inſultarẽt,aduſtiones,
& morborũ comeſtiones iuxta ſub iectorũ diſpoſitiones adu-
rerent, & comederẽt, nullo refrænatę obſtaculo ad certũ gra-
dũ excitatæ caliditatis, & ſiccitatis. Nam cũ bilis ſupercaleſce
ret, in tantũ alteraretur, vt aduſtiuos morbos p ſe incẽderet.
Alteratur autẽ bilis cũ a ſua qualificata exiſtẽtia graduata in-
fra vel extra ſubſiſteret,fit autẽ hoc a cibis,& potibus,ac labo
ribus,cũ non indebito tẽpore corpori exhibẽtur aut nõ cõſu
eta, aut plura, aut fortiora, aut pauciora & debiliora admitterẽ
tur, Quę omnia poſſunt nõ ſolũ bilis,ſed etiã noſtri corporis
temperaturam diſtemperare,maximeq; ſi homines iſta corbi-
tarent,nullo veſcendi ordine ſeruato. Pituita uero,frigidas
& humidas poſſidens qualitates bilis qualitatibus contrarias
ſi in tantũ per ſe infrigidaretur,vt gradũ ſuæ frigiditatis in ex
cedendo alteraretur,mortificos morbos foras extruderet.
Si uero adeo humeſtaretur,vt ſuũ gradũ accreſceret,p ſe nul-
li humori admixta mollificas, & diſtẽtas ægritudines,& mor
bos oſtenderet.Quæ etiam alterationẽ patitur a cibis,& poti
bus,& laboribus,veluti & ipſa bilis.Nãq; in habentibus ſym
bolũ facilis eſt trãſitus. Qua propter ſequitur morbos om-
nes hominibus a bile, & pituita fieri,quæ primo & immedia-

te a ſex rebus non naturalibus alterantur, & corrumpuntur,
iccirco cauſæ ſunt omnium morborum ob prōptitudinē quā
habent ad alterationem, & corruptionem ſuſcipiendā. Quod
cum quidā audiret a me medicus, admiratus eſt, tanq̄ barba-
ra verba dixiſſem Cępit inſtare nulla habita meorū verborū
conſideratione, galenū dormientē a ſomno excitans, qui mul
tas egritudines ab humore melācolico, & ſanguineo fieri de
clararet, tamq̄ ego negaſſem a ſanguine, & melancolia poſſe
fieri ægritudines, ſi eis bilis, & pituita admiſcerentur. Quod
ego non dico (ſed dico nō omnes humores per ſe cauſas eſſe
morborū, ſed tantū bilē, & pituitā. Quæ alios humores viui
ficāt, et excitāt ad morbos in corpore humano cōflādos. Qui
ſi intima cogitatione ſuſpēſus eſſet, & verba diui coi Hippo-
cratis patris mei pręgnātia parere pmiſiſſet, non ſic admirat'
ī me cōtinuato ſermone excāduiſſet, ſed q̄etius egiſſet, Quod
propriū eſt prudentiū, audiſſet ſententiā tanti viri in libro de
affectionib' in principio ſic dicētis) Morbi omnes hominibus
a bile, et pituita fiūt, Bilis autē, & pituita morbos exhibēt. Cū
in corpore nimiū aut reſiccantur, aut humectantur, aut incaleſ
cunt, aut frigeſcūt. Patiuntur autē hęc pituita, & bilis a cibis,
& potibus, & a laboribus, & a vulnerib', & olfatu, & auditu
& viſu, & coitu & a calido, & a frigido. Patiūtur autem cum
ſingula ex relatis, aut nō in debito tēpore corpori exhibētur
aut nō cōſueta, aut plura, & fortiora, aut pauciora, & debilio
ra. vniuerſi igitur morbi hominib' ex his fiūt & c. Quæ cum
in mediū attuliſſem, ſtatim quidā eorū capita mouentes dixe-
runt, o Mariane ſup nō firma petra fundaſti ſermonē tuum,
Qui auctoritate Galeni corruit. Quum nō ſit hæc. quā dicis.
Hippocratis ſentētia, ſed Polibii eius diſcipuli, Cui fidem nō
tribuimus. Ego autē illorū verbis pcit' nō potui me cōtinere
quin exclamās dixiſſem, o admirandā imprudentiam, o inau-
ditā inſcitiā illorū dico, Qui diſcipulo tribuūt, quæ magiſtro
tribuenda fuerūt, fatentur autem hoc illi, qui ordinē Hippo-
cratis nō pceperūt, abnegāt doctiſſimā Hippocratis diſcipli-
nā) Peto nūc a vobis, ſunt ne libri Hippocratis, q de morbis
inſcribūtur? ne fruſtra vagari videamur? ſūt, Si vero Hippo

crates dicet in illis hæc eadẽ, quę ſunt in libro, qui Polibii a Galeno inſcribitur; nõ ne hunc Polibii librũ eſſe Hippocratis diceretis, quẽ negat galenus eſſe Hippocratis r diceremus. Attendite igitur nũc queſo, quando me eadem reiterare cogitis, Hippocratẽ principia ſanationis querentẽ in primo libro de morbis ſic dicentẽ. Qui de ſanatione recte inquirere velit, percũtatq; reſpondere, & cõtradicere recte, eũ hæc animaduertere oportet, primũ qdẽ a quib' omnes morbi hominibus fiũt, deinde vero q morbi neceſſario vbi facti sũt aut lõgi, aut breues, aut lethales, aut nõ lethales. Cętera vero relinquo, ne tedioſus fiã, quę vos ipſi legere poteritis. Et quia dixerat, cognoſcere primũ a qb' omnes morbi hominib' fiant, ſubiungit in eadẽ pagina declarãdo, vnde fierent morbi omnes dicens. Morbi quidẽ igitur vniuerſi fiunt ex his, quidẽ quæ in corpore inſunt, tum a bile, tũ a pituita, ab externis vero a laboribus & vulneribus, ſed & a calido, & ſuper calefaciẽte, & a frigido ac ſupfrige faciente, & ſicco ac ſuperſiccante, & ab humido ac ſuperhumectante. Et bilis quidem, ac pituita vna cum naſcẽtibus gignũtur, & ſunt in corpore aut plus aut minus. morbos autem exibent partim a cibis, & potibus, partim a calido ſupercalefaciente, & a frigido ſuper frigefaciente. Intellexiſtis ne, ſi non te hæc eadem incidũt cum his, quæ dicuntur in libro, quẽ Polibio tribuũt. Qui ſic incipit. Virũ prudentẽ rationẽ apud ſe inita, quod maximi præcii res eſt hominibus ſanitas, noſſe conuenit, Quomodo ex ſua ipſius intelligentia in morbis vtilitate capiat, noſſe autem conuenit ea quæ a me dicis & dicuntur, & adhibentur corpori ſuo, eaq; diiudicare poſſe, atq; hæc ſingula hactenus noſſe ſatis eſt, quatenus idiotæ contingere poteſt. Hæc vero nouerit quis maxime ſi harũ rerum cognitione, ac ſtudio teneatur. Morbi omnes homĩnibus a bile, & pituita fiunt. Bilis & pituita morbos exibent. Quum in corpore nimium aut reſiccantur, aut humectantur, aut incaleſcunt, aut frigeſcunt. Patiuntur autem hæc pituita, & bilis, & a cibis & a potibus, & a laborib', & vulnerib', & olfatu, & auditu, & viſu, & coitu, & a calido, & a frigido. Patiũtur autẽ cũ ſingula ex relatis, aut nõ in debito tẽpore corpori

exhibentur,aut nõ conſueta,aut plura,& fortiora,aut paucio ra,& debiliora.Vniuerſi igitur morbi hominibus ex his fiũt. Quid ergo dicitis?nõ ne vna et eadem ſententia eſt.quę inprimo de morbis,& quæ dicũtur in primo de affectionibus?Et ſi plura hic dicũtur q̃ inprimo,cauſa eſt,quia hic loquitur tamq̃ faciens librũ ad declarationẽ eorũ que dicẽda erunt.Per Deũ imortalem,mi Mariane,in unũ hęc incidunt quæ adduxiſti qua re nimiũ nos cõmouiſti credentes falſo librũ tribui Polibio, quẽ Galenus ei tribuit, Et, ut melius intelligatis, declarabo quaſdam particulas in primo de morbis dictas.Dixerat ex his quæ in corpore inſunt,ne quis crederet etiã fieri a ſanguine, & atrabile,declarauit habilitatem, & inclinationẽ bilis,& pituitæ ad omnes morbos faciendos,quia primo & immediate una cũ e terra naſcẽtibus gignũtur Namq; naſcentia omnia quæ vſui ſunt,aut biliosa,aut pituitoſa ſunt,nõ autem ſanguinea.et atrabiliaria,quę in ſecũda digeſtiõ fiũt.& nõ a chimo neq; a chilo niſi decoquãt.Chilus,& chim' anteq̃ ſecũdã digeſtionẽ in æpate,ſuſcipiãt,pituitoſi,aut biliosi ſunt, qui colerã & pituitã excitant ad morbos faciendos ante ſecũdam digeſtionem. Et propterea dixit, ꝙ colera, & pituita alterantur a cibis,& potibus,& laboribus Quod nõ ſic cõtingit ſangui ni,& atrebili.Et ne exorbitauiſſet ab ordine, quem cæperat peragere in libris de morbis,poſt poſuit declarare, quomodo omnes morbi fiant hominibus a bile,& pituita. Et abſolutus a libris morborũ,iterũ reaſſumpſit declarare, quomodo Bilis, & pituita omnes morbos hominibus faciant.& cõpoſuit vnũ librũ intitulatũ de affectionibus,quem dicunt falſo eſſe Polibii,in quo recitat omnes a capite uſq; ad extremũ morbos factos a bile,& pituita,ac etiã febres,& eorũ curationes,& quã etiam conſiderationem habere debeat medicus in illorũ curatione, vt infine dicetur.Ne ergo videamur diſcedere ab eo, quod primũ inſtitutũ eſt,vnius cuiuſq; morbi cauſas inueſtigemus.Namq; ſi ſic fecerimus,profecto bilem,& pituitã omnes morbos manifeſtiſſime facere cerneremus. Quos modo ordine Hippocratis recitabimus,ut cognitis eorũ cauſis,facilime ad eorum curationes medici accedere poſſint,cum morbo

rum curationes ſint eorum cauſas abſcindere, ſicq́ꝫ initiũ a ca‑
pite ſumentes fœliciter exordiemur, ne ab Hippocrate diſce‑
damus, & a doloribus capitis incipientes dicimus. ¶ Dolores au
tem capitis incidunt a pituita, cũ in capite mota cumulata fue
rit. ſi vero dolores in aure inciderint, inuenietis pituitam cau‑
ſam eſſe. Fit autem hic dolor, cũ intrinſecus ad aures pituita
ex capite allapſa fuerit. Si etiam fauces inflammarentur, non
ne etiam a pituita fieret? Si uero gingiuæ, aut aliquid ſub lin‑
gua inflamatũ fuerit, nunquid pituita carebit? Si vero vua
dependerit, & ſuffocauerit, nonne hoc a pituita? vbi ex cale‑
facto capite aceruatim defluxerit? Quid dicam de dentium do
loribus, quũ eorũ dolores fiant, quando pituita ſub radice dẽ
tium ſubierit. Quid dicã de naſi polipo, qui a pituita oritur.
Quid etiã de acutis vẽtris morbis, vt eſt pleuritis peripne‑
umonia, febris ardens, phrenitis, qui morbi acuti vocantur,
& fortiſſimi fiunt hyeme, & eſtate, verũ minuſ, & molliores,
Pleuritis namq́ꝫ & a pituita, & bile fit cum ſideret, quod
pituitã, & bilẽ a latere deducat. Peripneumonia autem fit a
pituita aceruatim ex capite ad pulmonẽ fluẽte. Quid dicã de
phrenitide, quæ fit a bile, quæ cũ mota viſceribus, ac ſepto
tr[illegible]ſuerſo inſederit. Febris autẽ ardens ſiue cauſon. nõne a bi
le oritur? cũ mota intra corpus firmata fuerit, Febres, & aliæ
quæcũq́ꝫ hyeme fiunt, Siue ex vino, ſiue ex laſſitudine, ſiue
ex aliqua alia re fiant, obſeruare oportet. Quoniam aliquan‑
do tranſeunt in morbos acutos. Fit autem earũ tranſitio, cum
commotis duobus humoribus pituita, & bile, non conducen‑
tia corpori exhibentur ipſi interſe ipſos coacti pituita videli‑
cet, ac bilis corpori, vbicũq́ꝫ tandem contigerit allabuntur, &
fit pleuritis, aut phrenitis, aut peripneumonia. Hac de cauſa
igitur obſeruare, ac vitare oportet febres, quæ in hyeme fiunt.
Febris autem æſtuoſa nonne a bile oritur? Cum in venas, ac
arcticulos incubuerit, & firmata fuerit Dolores alii quicũq́ꝫ
in eſtate circa ventrem fiunt, ſi quidem ad precordia, & cor
tenderint, non ne fiunt a pituita, cum cõmota ad cor allapſa
fuerit. Si vero hi dolores de loco ad locũ aliũ migrarent, non
ne, qui ſic errant, a bile fiunt? Tertiana vero febris ſi nõ recte

curetur in quartanam tranſire ſolet, & diuturna fieri, & fit tum tertiana tum quartana a bile, & pituita.

Pituita vero alba, quam nos morpheam albam dicimus cum tenuerit corpus totum, intumeſcit albo tumore, Morbus autem fit a pituita, cum quis ex febribus diuturnus pituitoſis impurgatus manſerit, & pituita ad carnes ipſius conuerſa fuerit. & nihil albidior eſt hæc pituita, quam alia, verum corporis color albidior apparet, Quoniam ſanguis a pituitæ copia aquoſior fit, & non ineſt ſimiliter in ipſo bonus color, qua propter albidiores apparent, & vocatur hic morbus pituita alba, qui in hydropem ſæpe conuertitur, & hominem corrumpit, ſi in principio minus curatus fuerit. Splenetici vero fiunt, cum ex febribus, & mala curatione (quā mali medici faciūt nō aduertētes humorū tergiuerſationes) bilis aut pituita, aut ambo in ſplenē incūbuerint, & diuturna quidem eſt affectio, non autem lethalis. Taceam ne an eloquar de illo tedioſo, & moleſtiſſimo morbo, qui homines ſæpe infeſtare ſolet clamoſis torſionibus, & varijs flexibilibus corporis nexibus, & ſuſpirioſis vocibus voluulo colica dictos qui fit cum ſtercore aceruatim combuſto in inteſtino pituita circa hoc colligitur, & inteſtinum intumeſcit, vt potenis acetuatim induratis, & neq; pharmaca, quę ſuperne bibūtur, ſuſcipit, ſed reuomit, neq; infuſa inferne adhibita admittit. Eſt autem hic morbus acutus, & periculoſus. Aqua autem inter cutem fit, quum carnes a pituita, & tempore, & morbo, & non purgata immūditia, & mala curatione, ac febribus corruptæ fuerint, liqueſcunt, & fiunt aqua, & venter quidem non diſtribuit aquam in ſe ipſum, verum in circuitu circa ipſum cōſiſtit, & hydrops fit, intollerabilem ſitim ob carnis conſumptionem nullo licore extinguendam, excitans.

¶ Diſſinteria vero exulcerans non ne fit, ubi bilis, & pituita in venas, & aluum incumbuerint, ęgrotat quidem ſanguis, & corrupt' ſecedit, Egrotat autē & inteſtinū, & raditur, ac exulceratur. Lienteria vero fit cum ex capite, & ſuperiore ventre pituitæ defluxus fit in ventrem inferiorem, quod vbi contin

g.., cibi ab ipſo frigeſiunt, & humectantur, & ſeceſſus ipſorum non putrefactorum velox contingit. Tenaſmus etiam faciem hominis nitentis ex placido vultu comouens, & tormina vētris nō ne fiunt ex eiſdē, a quibus & diſinteria? Diareha & dolores in ea ſuperuenientes fiunt a cibis, & cōuiuio, cum cibi, & potus plus ſolito in ventrem ingreſſi fuerint, & quę extrinſecus corpus ſupercalefacere ſolent bilem, ac pituitam mouent, & bilis ſuperne, aut inferne fluxus, aut diareha homines corripiunt. Vrinę ſtillicidii modi quidem multi, & omnigeni ſunt, non ne a pituita cauſantur? & cū veſica ſiccata fuerit, aut per frigerata, aut euacuata, dolorem exibet, cum vero humida eſt, & plena, aut etiam diffuſa minus doler, Morbus autem hic ſenioribus diuturnior fit, Iunioribus autem breuior. Coxendicum morbus ſciatica dictus, qui ex recto loripedem hominem facit, cum fit, dolor corripit coxæ iuncturam, & ſummas nates, ac coxendicem, tandem per totum crus dolor vagatur, fit autem morbus hic cum bilis, & pituita in ſanguifluam venam incūbuerint, aut ex alio morbo, aut aliter quantū cunq; ſanguinis a pituita, & bile compactum ęgrotarit, hic quidem per crus vagatur per ſanguifluam venam, & vbicunq; conſtiterit, ibi dolor etiam fit manifeſtus. Morbus autem arcticularis, quem nos arcteticum dicimus, cum apparuerit, calor, & dolor corripit corporis arcticulos, fit enim acutus & in alium, atq; in alium arcticulum dolores incumbunt, tum acutiores, tum molliores, fit autem hic morbus a bile, & pituita, cum commota in articulos incūbuerit. Quid dicā de te Podagra moleſtiſſima? quę nunquam tuum expleas animum in cruciando delicatos homines, & non nuncquam robuſtos ruſticos clamoribus, doloribus, ſuſpiriis, & aliquando inextricabilibus nodis articulos eorum adeo arctiſſime arctas, vt nullo medicinali ingenio diſolui poſſint, & maxime gloriaris crudelitatis nomen tibi iure quodam vendicare, & ab omnibus morbus violentior dicta es omnibus aliis circa arcticulos morbis, & diuturniſſimus, & ęgre cedens, fit autem hic morbus a ſanguine

in venulis a bile, & pituita corrupto, Quanto autem in tenuioribus fuerit venulis, & in plurima corporis neceſſitate conſtitutis, & in neruis, & oſſibus multis, & denſis, tanto ſane durabilior eſt morbus qui egerrime depellitur. Morbus autem regius, qui & ictericus dicitur, non ne fit a bile, que cōmota ſub cutem vertitur. Tubercula omnia, quæ enaſcuntur, nonne a pituita, aut ſanguine bilioſo naſcuntur, cum ſane a vulnere, aut caſu fuerint collecta Et ut in vnū omnia modo concludā lepra, & pruritus, & ſcabies. & impetigo. & vitiligo, & alopecia nonne a pituita fiunt. Hæc autem talia omnia turpitudo magis ꝙ morbi dicend ſunt. Fauus. & ſtrumæ. & pani. & furunculi, & carbunculus, non a pituita decedunt. Ex his ergo late patet Hippocratis doctrina bilem, & pituitam cauſas eſſe omnium morborum. Et propterea animaduerſione ſunt omnes excitandi qui humanum corpus ſub tutela curationis ſuſceperint, vt caute in ſuis opationibus ꝓcedāt ne aliqua admiſſa negligentia, aut inertia hominē diuinam facturā perdant, a primo plaſmatore formatū, & immortali anima viuificatum, Quem rationalem eſſe voluit, vt omnibus animantibus ratione antecederet. Ideoꝙ illos, qui eū curare voluerint, ne ignorantia committatur, interrogare oportet, quæ patiatur, & ex qua cauſa, & quot iam diebus, & an venter ſecedat, & quo victu vtatur. Et primū conſiderare, an morbus a bile, aut pituita factus ſit, aut vtriſꝙ, & hoc ꝓbe noſſe cōuenit. ꝙ neceſſe eſt, vt ab altero horū, aut vtriſꝙ fiat. Deinde vtrū ſiccitate, aut humiditate opus habeat, aut aliquę quidē partes corporis ſiccitate, aliquæ vero humiditate. poſtea an morbum ſurſum purgare oportet, aut deorſum, ſiue per veſicam. Et an augeſcit morbus, an marceſit, & an ſoluatur, aut in alium morbum tranſit. Hęc volui deuulgare, ne hominum culpa a memoria decederet, & Hippocratem medicinæ parentem præ manibus ſemper habeant, qui medico officio vterentur.

Romæ apud Valerium Doricum
Anno. M.D.L IIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google